



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 95. Cæsar Papam ad Synodi celebrationem inclinare intentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.

A.C. 1529.

§. XCV.

Cæsar Papam ad Synodi celebrationem inclinare intentus.

*Pallav. hist.
Conc. Trid.
l. 3. c. 7.*

Quamvis cuncta hæc profana negotia Cæsaris animum haud parum distentum tenerent, potiore tamen sollicitudinis suæ partem sibi vendicabant Ecclesiæ calamitates, quæ majoris longe momenti, ac necessitatis erant: ægerrime enim ferebat Imperator, edictum suum Wormatiense passim a Protestantibus vilipendi, eosque palam Lutheri hæresin profiteri: cum vero ad Turcas ex Hungaria propellendos horum quoque auxilio indigeret, adhuc dum erga illos clementia uti voluit, quapropter nil magis proficuum, atque officii sui legibus congruum existimabat, quam ut eis liberum, quod petebant, Concilium celebrari concederet, hancque ob rem toto ferme, quo Bononiæ morabatur, tempore in eo erat, ut Papam ad acceptandam hanc propositionem inclinaret. Verum conatibus suis tum optatus abludebat successus.

§. XCVI.

Rationes a Papa ad declinandum Concilium allatæ.

*Pallav. l. cit.
Frappaol. hist.
Conc. Trid.
l. 6.*

Cum autem Clemens Papa nil magis abhorreret, quam Synodi celebrationem,